



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Theologia Moralis**

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1707**

Q. 72. An res furtiva propriis immixta priùs restitui debeat.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42561**

(si tamen iste solutionem accepisset, an possit<sup>22</sup> retinere, controvertitur. *V. Bon. Less. n. 40. Trull. 22* l. 7. c. 14. d. 12. num. 8.) nec potest uni solvere,<sup>22</sup> omiffis aliis, nisi secundum ordinem supra<sup>22</sup> dictum.

## A D D E N D A.

Q. 72. An res furtiva propriis immixta, prius restitui debeat. *R.* Affirmant probabiliter *Rebel. & Castrop. tr. 32. d. 1. p. 18. §. 13.*, quia totus cumulus, ad quem venit res furtiva, ob hanc videtur obligatus domino rei. *Nec obstat*, quod v. g. pecuniæ furtivæ meis immixtæ transeant in dominium meum, nam manent facile separabiles, hinc quæcumque pecuniæ è cumulo extrahentur pro restitutione facienda domino, censentur esse moraliter pecuniæ domini: favetque huic sententiæ illud, quod n. 363. in fine attulimus ex *Lugone*.

Q. 73. Si res sit vendita & tradita, an venditor aliis creditoribus sit præferendus quoad rem illam adhuc existentem. *R.* Affirmat *Busenb. supra*, sed distinguendum est, uti intelligetur ex dicendis n. 974.

Q. 74. An debita certa semper præferri debeant incertis. *R.* Communis sententia affirmat, quam *Azor l. 4. c. 36. vocat omnium*, pro qua *Lugo d. 20. n. 5. refert multas rationes*, sed easdem commode solvit, dans hanc unicam, quia creditor incertus præsumitur velle, ut potius solvatur creditoribus certis, qui debitorem premunt, sicque satisfaciatur justitiæ, quàm ut satisfaciatur religioni, dando rem incertam pauperibus; Aliam rationem dat *U. s. t. 4. d. 3. n. 193.*, quia restitu-